



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 36. Lancianensis Archiepiscopus ad Papam a Legatis missus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI  
A. C. 1562.

qui aliunde Pragam, ubi Bohemiæ Rex coronandus esset, solemniter peracturus contenderat. Insuper Legati eodem tempore datis ad Hispaniæ Regem literis eidem exponebant rationes, quibus permoti hucusque Synodi continuationem declarare omiserint.

## §. XXXVI.

*Lancianensis Archiepiscopus ad Papam a Legatis missus.*

Postea Legati Leonardum Marinum Ord. S. Dominici quondam alumnus, ac Nobilem Venetum, & tunc Lancianensem Archiepiscopum ad Papam ablegabant, ut de vero rerum statu, atque angustiis, quibus premerentur, eundem certiores redderet. Verum publicæ fidei literas, quas huic Deputato dederunt, Simonetta Cardinalis signare recusabat, nisi idem privatas cujuslibet Legati literas secum deferret.

## §. XXXVII.

*Legatorum rationes Pontifici propositæ.*

Pallav. l. 17.  
c. 2. n. 1.  
Et seq.  
Sarpinus l. 6.  
p. 498.

Cum falsus spargeretur rumor, quod Pontifex ob ingentes expensas, quæ in hunc conventum effundebantur, Concilium dissolvere vellet, atque aliunde Patres illud absolvere, vel saltem ad aliam